

**A**T quod subnectitur nihil magis proprium, nempè Franciscum sub Ariete ortum, & mortuum. Illud 27. die Martij 1416. hoc 2. April. 1507. quando Sol Signum illud angustius Ver aperit; vt semper illius cunis, ac tumulo Flores Virginitatis nimirum Lilijs, Rosis Charitatis aspergeret; atque vno Æternitatis in Circulo abiens, rediensque illum perpetuè coronaret.

In vit. li.  
1. cap. 3.  
et li. 5. c. 9.

**I**N TAVRO, vel ab Infantia Diuinæ Legis iugo, vt Ieremias dicit, assuetus, & qui per præscriptos Religiosis suis Regulæ sulcos ipse prius incessit, nunquam deseruit. Dignus proinde, qui in Cœlos etiam euectus Stygios inueheretur in Hostes, Amicis, vt Virgilius canit: *Auratis aperire et cornibus Annum.*

Cap. 3.

In vita. l.  
4. c. 21. et  
li. 6. 16.

Georg. 1.

**Q**Via sub illo latens Iuppiter Europam dictus est rapuisse: talem noster Patriam Paulam nempè suam duxit, quàm vnice adamatam visus est secum, vnde quaque tulisse, suum vbique Nomen obsignans non ab Africa, vel Asia, sed à Paula.

In vit. li.  
4. c. 6.

**I**stius in Calabria Oppidi arreptâ ansâ notatu dignū subiungitur illud, nempè duos hos Thaumaturgos sibi diuisisse Calabriam, nam sicut Gregorij Corpus in Vterioris Oppido, quod Stallatū dicitur Dicecesis Squillacensis asseruatur; sic Franciscus in altero Cite-rioris, nempè Paulæ, Dicecesis Consentinz natalem fortitus est diem.

In vita  
eius.

In vit. li.  
1. c. 1.

**R**edit ad Taurum stylus, & ad Franciscum Auaritiæ, atque auri hostem acerrimum, & quia ex Apostolo dicitur, illa *Idolorum seruitus*, & hoc in Bouis effigiem Hebræus Populus primum conflauit

Colos. 3.

Dent. 9.

Ido-

cessit,

unij